

~~unde~~ respondisse videaris, quoniam quas illi in re futili pagellas  
 male perdidissent, aliorum gratiâ, ubi commodum erit, resti-  
 tutas velim. At in domestico luctu, qui te unum latere  
 deinceps non potest, quod verbulo mastissimum amicum non  
 affaris, qui illud benevolentia officium a te precipue ex-  
 spectavi, minus, hercule, patienter fero. Amisimus, mi  
 Heinsio, ego Parentem, tu amicum ut utriusque amantissi-  
 mum, ita tui profecto et virtutis tuae cultorem, non  
 è multis. Talis ab illo in sempiternum futurus sum,  
 qui quidlibet Heinsio condonare valeam præter unam obli-  
 vionem meam aut neglectum. Contemptum si quidem  
 ferendus sit, nihil moror, satis mihi conscius quam illum  
 promerere apud similes tui, qui nusquam sunt. Vale  
 Viri Maxime, et vel Patri defuncti gratiâ, qui te di-  
 lexit, me ama. Haga. raptim. Idib: Febr: MDCCXXIV.

D. Heinsio.

C. Augenius

(63)

Quos mihi peregrino nobiles peregrinos commendasti Heinsio,  
 Nobilissime hæcenus omnes non vidi. Adit me unus cetero-  
 rum nomine, cui omnem operam atque officia obtuli,  
 quas debere meo mandatis tuis, et earum meritis, quos  
 amicitia tua dignatus es, palam professus sum. Si totus  
 meus sim, neque etiam otij mei momenta singula  
 ab aliorum nutu dependent, gratulaber nunc mihi  
 de tam insigni occasione oblata, quâ quanti te faciam  
 re ipsâ valeam ostendere. Sed nosti provinciâ hanc, et  
 quam vacare mihi aut amicus per eam non datur. Vacare  
 tamen hisce tuis, quantum illo pacto licebit, per vin-  
 culum superioris obsequii. De Republicâ parci te doceo  
 quod unum hic didici, nihil sperare. Abijt in fumum  
 primus ille animorum impetus, quo scilicet Hispaniam  
 omnem debellatam ibamus, cum legati nostri increpa-  
 ventur, quod tantarum rerum deliberationi serius accede-  
 rent. Ecce ijdem illi tertium hic mensem desident.  
 patriæ commodo aut detrimento majori, merito ambi-  
 gas. qui enim quoque sub idem tempus in Galliam ablega-  
 ti fuerunt, non illi adeo prosperum negotiationi suæ  
 eventum experiuntur, quem læta rerum facies adveni-  
 entibus polliceri videbatur, ab hoc Rege est, Mi Heinsio  
 qui (quod etiam in Britannia libere effatur) ab omni-  
 re bellicâ alienissimis, quæcumque eò consilia spectant,  
 aut petitiones nostrorum, conditionibus tam duris et iniquis  
 iuit involutum, ut satis jam planum fecerit quam  
 adhuc

adhuc in animo non habeat quidquam statueret, quod  
Hispano displiceat. perniciosissimo, ut jam dixi, in  
Gallia exemplo, ubi quas gratis hactenus auxilia obtinui  
mis eadem plane difficultate implicari feruntur. Hæc  
morarum nostrarum fructus est, quas tamen ut opinor  
breui nunc abscissum imis, ne nihil agendo id agamus,  
quod infectum omnino posteritas optatura sit. Ignoscere  
quæro, et occupationes meas excusas, si minus prolixè  
te persequor, quæ te præ alio quovis libeat communicare.  
Si ~~quidem~~ quid interim pro hisce pauculis in vicem  
retribueri volueris, eorum quæ apud vos occurrunt, inveni-  
entiss usque humanitatis, atque beneficiorum tuorum  
gratissimum aestimatorem. De Studiis imprimis tuis  
quæ eorum in parte plurimum verseris, quid luci publicæ  
et quando pollicearis avidè cupio certior fieri. nam si  
absentem eo affectu prosequeris, quem præsentem, cum  
Læda essem, obtulisti, jam intelliges interesse meum  
non ignorare, quid rerum mediteris. Agnoscis autem  
exactorem; at ille pudorem amicum deposuit, quod sic  
apertius, esse eundem tui amantissimum. Vale vir  
Maxime, et me ama - Londini 21. Maij 1624.

C. Huguenius.

Vere raptim hæc exaraveram, sed  
cum cui perferendas daturus eram ex  
jussu DD. Legatorum in alterum  
diem atque alterum, iter protulerit,  
vidum est nunc adjicere, stilo proptus  
novo, et tibi quidem inexpectatam  
subito <sup>recedo</sup> quem Phœbum apparuisse  
per densissimam nubem, de qua in  
literis. Itaque brevis opinor, non ingra-  
tum nuntium patriæ, aut perscribe-  
mus, aut ipsi allaturi sumus. Ecce  
instabilem rerum aulicarum rotam.  
Vale Maxime Heinsi et amicissime  
24. Maij.

Raph: Torio. Soleo apud cives meos ostentare conditionem tuam  
Thori amicissime, at illam quæ me indignum me  
hospitem singulari benevolentia complexus es; obvio cuius  
imò infirmitas. Quo te mirari vobis si pridem utroque  
Lippi